



Ung

N-184

Occasionia N-184.  
potissim in carminis gratul.  
vni in  
(Cafaciana in alij peregrata)  
Intra peregrina. 184a

184a





1712  
719

**2. D. B. V.**  
**IN**  
**ITINERE**  
**ISRAELITARUM**

**PER**  
**DESERTUM**  
**ARABIAE PETRAEAE**

**DIVINAM POTENTIAM,**  
**DIVINAM SAPIENTIAM,**  
**DIVINAM JUSTITIAM,**  
**DIVINAMQUE CLEMENTIAM,**

**in**  
**GYMNASIO ZITTAVIENSI**

*ad diem 30. AUGUSTI M. DCC. XII.*

post peracta sacra matutina

Quidam Juvenes bonae indolis ac spei  
spectabant.

Hos, ut

literarum bonarum

**DNN. PATRONI, FAUTORES**  
**& AMICI**

benevolo audiendi studio erigant,  
observanter & officiose contendit

**M. Adam Erdmann MIRUS,**  
Gymn. Conr.

**ZITTAVIAE, literis Hartmannianis.**





Arabiam distingui in Felicem, Desertam & Petraeam, unanims Geographorum omnium sententia est. Felix inter duo maria Rubrum Persicumque procurrens, reliquis duas non solum magnitudine, sed & fertilitate superat. Exportatur ex ea quotannis cum cinnami ac thuris, tum aliorum odorum maxima copia. Deserta huic a septentrione vicina, maxima quidem ex parte plana est; sterilis tamen, & inculta arena tegitur, nec vel gramina multa, vel animalia praeter serpentes generat. Hanc si semel vapor solis accendit, non secus ac continentis incendio singula conflagrare dicuntur. Petraeam habet a solis occasu. Aperit haec vastas arenarum solitudines, nec ultra re magis, quam altis petrarum cacuminibus continua veluti serie nexis admirabilis est. Minor quidem reliquis Arabiae partibus; pluribus tamen & majoribus rebus memorabilis dicitur. Non fert animus, referre diversa diversorum Patriarcharum itinera, quae per Arabiam hanc in Aegyptum instituerunt. Nec repetam Iosephi cum virgine Maria & puero Jesu transitum per hanc terram. Si iter Israelitarum, quod per continuos quadraginta annos in ea Arabiae parte habuerunt, paulo penitius expendere licet; multa nobis admiranda suggerit. Admirationis plenus est itineris hujus ingressus; admirationis plenus progressus; admirationis plenus egressus. Initium reddebat celebre stupenda Dei potentia. In progressu modo divinam sapientiam, modo justitiam admirari licebat. Egressus clementiae ejus paternae firmissimas dabat significationes. Si initium longi hujus & periculosi itineris pensito, massalicae Dei potentia nobile; multa ostendit miracula, quae & ante ingressum in mare rubrum, & in mari profundo, & post superatum mare contigerunt. Vidente Israelitae decem illas plagas in Aegypto attonitis oculis, quibus justissimus Deus regis populique multitiem obstinatam coecuratur. Ad iter se paraverant non more profugorum; sed summa cum gloria, spebantibus & ad festinationem itineris compellentibus incolis, quos clades primogenitis illata gravissimo prostraverat luctu. Locus itineris felix auspicius erat Raemeses, una dubio procul ex illis civitatibus, quas rege jubente, miseri exules extruxerant. Vix iter a Deo impositum erant ingressi, cum Aegypti, omnis humanitatis sensu deposito, hospites per incultas solitudines tendentes persequerentur, atque ad pristinum servitutum jugum reducere conarentur. Sed ecce! dum Israelitae a fronte habent profundum mare, a tergo validissimum hostium agmen imminet verticibus, utrumque lata vasta solitudine formidolosum est; nubes prodigiola apparebat, noctu ignea, nebula interdum, eoque gravior populo Dei, quo terribilior hosti visa. Haec interponebat se inter Israelitas & Aegyptios, ut illos protegeret a torrente sole, noctis tempore gratiam lucem praebere, viamque monstraret per incultas Arabiae solitudines errantibus; hos atra caligine, intermixtis fulminibus, terreret. Potentia Dei majestatica conspiciebatur in ipso mari. Aquae enim suspendebantur in sublime, & murorum instar utrinque consolidabantur, ut Israelitis securus pateret transitus. Coalescebat iterum, Regemque Aegyptiorum cum toto agmine incautus sequentem involvebant undis, ut tristissimum iteriret. Non igitur aestu marino, ut vult Iosephus; sed virgae Moisaicae contactu aquas fuisse scissas, & sacra Scriptura prodit, & varia antiquitatis monumenta repetunt. Utrum, quod Orosius perhibet, sua aetate superfuerint certa hujus rei monumenta, curruumque tractus & orbitae rotarum in littore & in profundo descriptae, quae, si sive casu, sive consilio aliquando turbarentur, continuo in pristinam faciem fluctibusque fuerint diuinitus exparatae, aliis dijudicandum relinquo. Majestatica plena erat Dei praesentia post transitum per mare rubrum. Ingrediebantur quidem desertum vastum, & non nisi arena sterili formidolosum; formidinem tamen omnem discitatis facile potens Dei praesentia. Mara amaritudine asperam horribilibus, suppeditabat aquas divino miraculo in dulcedinem converfas, cum Moses certum quoddam lignum immisisset. Fabula Judaeorum inanis est, si fingunt, lignum hoc fuisse defectum in paradiso de arbore vitae, & angelorum ministerio Mose monstratum, ut aquarum amaritudinem converteret in dulcedinem. Nec lignum illud naturalem habebat facultatem assumendi dulcedinem, ut Arias Montanus, Vatablus aliique nobis cupiunt persuadere. Supernaturalis potius & transitiva illa vis fuit, aquis successu temporis pristinum saporum recipientibus, ut forsitan ficus vim habebant liberandi Hiskiam a morte, pallium Eliae scindendi Jordanis aquas, & lutum reddendi coeco visum. Elim desertum fontibus duodecim & septuaginta palmarum amabile erat. Illi duodecim Apostolos adumbrabant; hae septuaginta discipulos Domini in varias terras emissos. Desertum Sin carniunt & panis perversum desiderium mitigabat. Deus enim praepotens miraculo quodam summo & coturnices & Mannae usum esurientibus dabat. Coturnices quidem tanta multitudine perveniebant in castra Ebraeorum, quae toti multitudini sufficerent; & tempore quidem vespertino, quo volando fessae quietis causa in terram descendebant. Manna licet aliquam convenientiam haberet cum rore illo fico, candido & melliti saporis, qui in Arabia, Syria aliisque regionibus calidis generatur; diversae tamen naturae, ac prorsus miraculose fuit, tantaeque bonitatis, ut cibis angelis dignus a regio Propheta nominetur. Miraculosa certe res erat, quod Deus Israelitis esurientibus panem hunc velut ad praescriptum de coelo subministraverit; quod servari Manna in perendinum non potuerit, praeterquam in Sabbathum, quod ad solem liquefactum, quod in una per multos annos servatum sit; quod & Sabbatho defecerit, & eo tempore, quo fines Chananae terrae attigerant Israelitae. Utrum autem Manna omnis saporis sivaritum aequum in se habuerit, ut quidam ex libro Sapientiae Apocrypho probare satagunt, aliis dijudicandum relinquo.

Scir-




Scriptura Canonica non nisi unum genus saporis Mannae tribuit. Nec Israelitae carnum, piscium peponumque delicias tanto studio appetiverunt, si Manna saporis istorum ciborum retulisset. Nec esurientes solum cibis; sed & sitientes aquis Deus reficiebat. Efflicebat enim, ut e rupe virga Mosis percussa scatebrae fontium erumperent, sitimque populi sedarent. Ethnici historiae Ebraicae imperiti agnovissent rem a Mose gestam, rei admirationem sustulerunt. Refert enim Tacitus, inopia aquarum fatigatos Ebraeos ad largas aquarum venas fuisse a Mose allatos anforarum agrarium ductu. Ita scilicet esse ex fatua gentiliū opinione, sive ex calumnia docebant, animum ab Ebraeis pro Deo coli. Potentia quoque Dei summa cognosci poterat ex victoria, ab Amalekitis reportata. Pugnabat Josua, Mose in caelum manus elevante; terga dabant hostes, Aaron & Huro manibus ejus, quas admodum habebat graves, sublevantibus; Victoria divinitus concessa exultabant, cum hostes se victos dolerent. Itineris initium excipiebat progressus in deserto Arabico, & sapientia & iustitia divina memorabilis. Sapienter Rempubl. Ebraeorum temperabat legibus; sapienter, ut illae venirent in executionem, ordinabat. Legum promulgationem in deserto multa miracula praebant. Cum populus, praeparatione rite facta, ad radices montis circa auroram venisset; surgebant horrenda tonitrua ex nube densissima, clangor tubarum invalescens oberfabatur oculis, terrae motus, flammae & sumi eruptiones consternatum populum reddebant, & vox sive divina, sive angelica Ebraeorum castra personabat. Lex ipsa a Deo sapientissimo legislatore proposita in Morealem, Ceremonialem & Forenslem distinguebatur. Moralis duabus inscripta tabulis cum imperio faciendi & fugiendi inculcabat, numericque omnibus ita absoluta erat, ut sive officia in Deum, sive in proximum, sive in seipsum habere velis, perfectissime te instruat. Ceremonialis totius culus Levitici rationem proponebat. Distinguebat personas Sacerdotum & Levitarum a reliquo populo. Ordinabat tempora & dies, quibus ad sacra rite peragenda conveniendum erat, videlicet diem *Sabbathis Neomeniam, & alia tam majora, quam minora festa*. Condebat certum locum, nimirum Tabernaculum seu Templum portatile, in quo sacerdotum convenirent ad ministerium perficiendum, populusque sacris legibus fungere-tur. Addebat etiam *solemnia sacrificiorum & Sacramentorum*, ut illa essent nervi vinculaque Ministerii ac publicorum congressuum, simulque beneficia a Domino parva typice referrent; haec sigilla fidei, seu testimonia promissionis assumerentur, quae fidem excitarent & confirmarent. Leges forenses Rempubl. Ebraeorum dirigebant, & societatem hominum sic conservabant, ut nec imperantibus deesset amor in subditos debitus, nec subditi ulla fidei ac obsequii jura in se desiderari paterentur. Sancta Dei summi sapientia eminebat in legum promulgatione; maxima in earundem executionem cerebatur Magnifica erat culus Levitici ratio, magnifica Reip. facies. Stupebat populus in inauguratione Tabernaculi prodigiosum ignem sive de coelo delapsum, sive ex nube ignea in altare holocaustorum provolutum, & sacrificia a populo allata consumentem. Servabatur ille postmodum Sacerdotum cura & vigilantia in seram posteritatem, nec prius amittebatur, quam Babyloniorum Rex urbem una cum Templo igne deleret. In Republica pulcherrimum ordinem aspicere licebat. In medio cerebatur Tabernaculum, quod castra Majestatis divinae appellabant. Huic vicini ex Dei mandato erant Sacerdotes & Levitae, quibus Tabernaculi cura erat commissa. Ab oriente habebant castra Tribus Judae, Issachar & Sabilon; ab austro Ruben, Simeon & Gad; ab occidente Ephraim, Manasse & Benjamin; a septentrione Dan, Aser & Naphtali. Duodecim haec tribus duodecim habebant Judices, a quibus Patriarchae jus accipiebant. Horum mandata rursus Chiliarchi, Centuriones & Decarchi expectabant. Sic legibus a Deo concessis sua stabat dignitas, eoque magis res Israelitarum reddebant auctiores, quo magis ab illis observabantur. Pervenerant in eum deserti Pharan locum, qui Rithma & Cades Barnea vocatur, ubi Moses forsitan ex populi consilio, permittente tamen Deo duodecim exploratores in promissam terram ablegabat, qui post quadraginta dies reverfi, felicitatem quidem Palaestinae satis celebrabant, incolarum vero staturam ingentem & fortitudinem invidiam nimis verborum licentia sic exaggerabant, ut spe victoriae deposita, seditiosos vocibus castra implerent Israelitae. Parum abfuisset, quin in hac rebellionem Moses ipse interisset, nisi divina providentia miraculo quodam innocenter servasset. Quare misera fata iustissimi Judicis sibi acceleraverant rebelles & indomiti populi. Sententia in eos ferebatur durissima, qua mors omnibus induceretur virilis aetatis, qui ex Aegypto quondam erant egressi. Ad supplicium statim iustum abripiebantur decem exploratores, Chalebo & Josua exceptis, qui populum ad constantiam excitaverant. Patiebantur cladem tristem ab Amalekitis & Cananaeis sive Amorrhais montanis, quos renitente Mose ex praeposterâ fortitudine lacessere armis non dubitaverant. Cogebantur, qui iam finis promissae terrae attigerant, invit & moerentes pedem referre, versus mare rubrum cursum dirigere, & longo tempore montem Seir, sive regionem Idumaeam circumire. Non fert animus, omnia commemorare loca, quae infelices exules in deserto sunt emensi. Sufficiat nosse, quod iustam iusti Numitis iram saepe multumque sint experti. Excitabat ejus iram iustam, qui in Sabbatho lignum collegerat homo perditus, nec genus mortis gravissimum poterat effugere. Excitabat seditio Corae, sacerdotis summi dignitatem ambientis, siquidem in rebellionis consortium non modo multos ex Levitibus & aliis, sed & ipsos Rubenitarum principes Dathan & Abiram sollicitaverat. Cum enim fratruelis Mosis esset, natus ex Isitar patruo Aaronis; & cum propter aetatem, tum usum rerum varium magnam sibi concillasset auctoritatem: eo facilius ipsi erat, alios exemplo suo & clamoribus tribunitiis concitare contra Mosen; quo magis dolebant, jura primogeniturae illis esse erepta. Sed prodigiosum quidam terrae hiatus absorbebat turbam perversam in conspectu populi universi, & flam-

ma



via subito excitata reliquos consumebat. Cumque postera die seditionem redderet auctiorem, Mo-  
senque diris devoverent; supplicio presentissimo sive ignis, sive pestis stupenda hominum multitu-  
do absumebatur, reliquos mirabiliter conservatis, cum Aaron thuribulum inter languentes & mortuos  
intulisset, populumque contumacem Deo placasset. Confirmatur igitur, quanti Deus quondam  
Aaroni concesserat, dignitatem sacerdotalem novo miraculo; duodecim virgas, totidem tribuum nomi-  
ne notatis in sacro reponi jubebat. Cum postera die exportarentur, Aaronis virga & gemmas &  
flores & fructus novo insulatoque spectaculo ostendebatur, quibus ariditate deformibus, Utrum vero suc-  
cellu temporis frigida exaruerit, an vero flores retinuerit, illis disjucandum relinqvam, qui otio &  
opere aburantur. Hocvero confirmant divinae literae, quod virga haec in receptaculis lateralibus  
Arcas foederalis una cum urna Manna repleta, in perpetuum rei memoriam servata fuerit. Exir-  
tabant quoque iustam iusti iudicis iram alia populi peccata, numero majora, quam quae a nobis  
referti possint in hac chartae angustia. Accellerat interim inter varia rerum fata ultimus peregrina-  
tionis annus, divinae clementiae felix auspiciu. Castra posuerant Israclitae in deserto Zin, non  
procul ab Idumaeorum oppido Cades, cum rebus humanis eriperetur Mariae Moysi & Aaronis soror, simulque  
aquam novo miraculo daret petra a Moise percussa. Magnam deinde rerum mutationem experie-  
bantur; maximam Dei gratiam retinebant. Privabatur Ecclesia suo Aaron; Sacerdotales vero ha-  
bitum in conspectu tonus populi in Eleazarum ejus filium translatum videbant. Vulnerabantur a  
serpentebus igitis, igneo & rapidissimo veneno grassantibus. Sed salus reddebat per serpenteum senem  
in morem vexilli erectum, typumque mortentis Domini referentem. Celebrabant divina bene-  
ficia hymno pulcherrimo, cum post nonnullas mansiones pervenissent ad fontem largillimas aquas  
Dei beneficio emittentem. Attingent finitimes promissae terrae cis Jordanem, occupatisque terris Siho-  
nis & Ochi Amorrhoeorum, quorum ille in Hesbon, hic in Basin regnabat incolae neci tradebant.  
Nec in, campestribus Moab Balalamus ariolus a Balako Moabitaram rege foecis; Midianis con-  
ducus, carminibus suis magicis nocere populo Dei poterat, sed maledictionem convertere in  
benedictionem cogebatur. Sceleratissimo interim consilio Moabite & Midianite virgines Ebrorum  
ad sacra prohibita invitabant, clademque tristissimam populo Dei accelerabant, quae forsitan finem non  
tam celesiter habuisset, nisi Phineas Eleazaris filius principem quendam ex tribu Simeonis una cum sorto  
Midianico hasta transiisset, & sic pestem averterisset. Cumque Moses in monte Nebo spiritum pla-  
cido emisisset; Josia Isracliticae Reip. gubernacula magno animo suscipiebat, miraculo modo Jor-  
danem a Deo exsecratum transibat cum toto populo, praeterea & Circumcisionis & Paschatis so-  
lemnitate, nullo labore exercitus Hebraei churenti capiebat, atque sic successivo studio Palaestinam omnem si-  
bi subijcebat. Exitus hic fuit ex illi longi & molesti, quod Israclitae habuerunt in deserto Arabiae soli-  
tudinibus. Dignum vero, ut accuratius pensiusque a nobis consideretur. Quare nonnulli Adollescentes  
hoc faciunt in cathedra oratoria, & pro ingenii captu divinam potentiam, divinam sapientiam, divinam  
iustitiam, & divinam clementiam in ducentis Israclitis observantur. In se quidem derivabit

- Prologi partes **AUGUSTUS Gottlob MIRUS, Z. L.**  
 Topographiam deserti Arabici silet **JOHANNES CHRISTOPHORUS Proge/ Z. L.**  
 I.  
 Potentiam Dei in itinere ingressu habebit **JOHANNES FRIDERICUS Gottschald/ Bud. Luf.**  
 Usum istius in Dialogo aliquo ostendent **AUGUSTUS Gottlob Zeino/ Budif. L. & Ebr-**  
**renfried Stegemann/ Neostad. Mifn.**  
 II.  
 Sapientiam Dei in progressu celebrabit **JOHANNES CHRISTIANUS MUTTELIUS, Z. L.**  
 In Dialogum aliquem de ea descendit **JOHANNES FRIDERICUS ADAMI, Francofurt.**  
**March. & JOHANNES CHRISTOPHORUS Trischler/ Zitt. Lud.**  
 III.  
 Iustitiam Dei mirabitur **GODOFREDUS Zäfer/ Hirschb. Sil.**  
 Doctrinam inde manantem repetent in colloquio quodam **JOHANNES CHRISTOPH-**  
**RUS Richter/ Hennersdorf. Luf. & JOHANNES Gotthard Slach/ Waltersd. L.**  
 IV.  
 Clementiam Dei in exitu itineris producet **CHRISTIANUS Gottlieb Grünwald/ Zitt. I.**  
 Dialogum de ea re habebunt **Gottlob AMANDUS Gebhard/ Z. L. & JOHAN-**  
**Gottlob Erxel/ Z. L.**  
 Iter Israclitarum per desertum Arabiae dicit Typum vitae nostrae fuisse in deserto hujus in  
 quatuor di **JOHANNES Gottlieb Frierische/ Soland. Luf.**  
 Typum Scholarum addet **JOHANNES CHRISTOPHORUS Zübel/ Grofch. L.**  
 Epilogum adiciet **JOHANNES GEORGIUS Anochemvel/ Dreid. Mil.**  
 Ut autem DNN. PATRONI, FAUTORES & AMICI, favere nostrorum Juvenum conat  
 & frequentes convenire velint; summis precibus contendo, ad omnia honoris officia, quae qui  
 eam expectari possent, paratissimus. PP. die 28. Augusti MDCCXII.











Ung. VI 184

NO 18  
NO 18





1712  
778

*D. B. V.*  
IN  
ITINERE  
LITARUM

PER  
DESERTUM  
PETRAEAE

IN POTENTIAM,  
IN SAPIENTIAM,  
IN JUSTITIAM,  
INQUE CLEMENTIAM,

in  
SIO ZITTAVIENSI

*o. AUGUSTI M. DCC. XII.*

ost peracta sacra matutina  
Juvenes bonae indolis ac spei  
spectabunt.

Hos, ut  
literarum bonarum  
FRONI, FAUTORES  
& AMICI

olo audiendi studio erigant,  
vanter & officiose contendit  
am Erdmann MIRUS,  
Gymn. ConR.

VIAE, literis Hartmannianis.

